



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absoluere haereticum. Cap. IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

scopo, seu Prælato reseruatis? afflatus in repondeo cum Bonacino de Censur. disp. 1. q. 3. pun. 2. num. 6. & alijs, dummodo censura latæ sint per statutum, vel per sententiam generalem: immo ab illis potest absoluere quilibet Confessarius alterius Diœcesis, si ibi non sint reseruatae, ut dicit Coninch. de Sacram. disp. 14. dub. 16. nu. 258. & alijs apud Dian. par. 5. tr. 9. ref. 8. Barbo par. 3. all. 52. num. 15. Possenti. de offic. Curat. cap. 7. num. 49. secus si censura latæ esset per sententiâ particularē: quia tunc absolutio ratione cause inchoatæ spectat ad Prælatum, qui censuram tulit, alioquin iurisdictiones confunderantur, Bonacino loco cit. idemque dicendum, quando aliquis a JUDICE citatus fuit pro causa, pro qua deinde fuit excommunicatus; quia tunc similiter ab eodem Iudice absolui debet cap. proposuit de for. compet. Dian. d. pars 5: tr. 9. ref. 9. ubicitat. Philipp. Fabr. de Censur. in 4. sent. dist. 25: quest. 1. disp. 4: cap. 8. nu. 243.

S P M M A R I V M.

- 1 Hæreticus purè exterius, qui mente non negat fidem non subiectur excommunicationi latæ in bulla Cœna.
- 2 Hæreticus tantum mentalis à qualibet Confessario absolui potest.
- 3 Episcopus, & Inquisitor in foro exteriori absoluere possunt hæreticos.
- 4 In foro conscientie non potest

Episcopus, aut Inquisitor absoluere ab heresi, neque ab alijs casibus etiam occultis contentis in bulla Cœna: limitatur n. 5.

6 Priuilegia, quibus Superiores Regulares poterant absoluere ab heresi, & alijs casibus in bulla Cœna comprehensis hodie sunt reuocata.

7 Quam peñam incurrat absoluens à casibus reseruatis in bulla Cœna.

8 An possit Episcopus absoluere in alijs casibus occultis reseruatis Summo Pontifici in alia lege, seu constitutione.

9 Decreta generalis Concilij videtur continere vim clausula derogatoria ad alia decreta posteriores contraria.

10 An possit Episcopus dispensare in irregularitate orta ex heresi occultâ exteriori.

C A P. IV.

An Episcopus, & Inquisitor hodiè possint absoluere hæreticum.



I

Ic non loquimur de hæretico purè exterio, qui mente non negat fidem: neque de eo, qui omnino indeliberat, & absque ulla aduentitia exterius diceret hæresim: quia isti non subiiciuntur excommunicationi latæ in bulla Cœna, cum verè hæretici non sint, ut d. Nau. in Man. cap. 11. nu. 27. vers. tertio peccat Graff. par. 1. lib. 2. c. 8. num.

- num. 30. Barbos. de offic. & pot.
Epis. par. 2. all. 40. num. 32. & seq.
Dian. par. 1. tr. 5. ref. 1. & par. 4. tr.
2. 4. ref. 240. Reg. de heretico tan-
tum mentali, quem constat
posse absolui a quolibet Confes-
sario, quia excommunicatio non
incurritur ob actus mere internos,
cum Ecclesia non indicet
de occultis cibis tuis in fine.
Simon. nisi heresia mente con-
cepta verbis, vel signis publice,
vel occulte sufficienter manife-
stetur ita, ut si quis tunc esset
præsens, cognosceret, talem
lapsum esse in heresim Bonacim.
de Censur. in partic. disp. 1. & 2.
pun. 2. nu. 2. & alijs communiter.
3. His notatis dico primò, quod
Episcopus, & Inquisitor in fo-
ro exteriori possunt absoluere
hereticos a censuris contra eos
latius, eosque gemitio Ecclesie
reconciliare cap. et officium de
Heretico 6. & ita tradunt DD.
apud Barbos. d. all. 40. num. 36.
Dian. par. 1. tr. 5. ref. 3. & par. 4:
tr. 8. ref. 50. Bonacim. de Censur:
disp. 2. q. 5. pun. 2. num. 11.
4. Dico 2. quod in foro consciencie
non potest Episcopus, aut In-
quisitor absoluere ab heresi, ne-
que ab alijs casibus etiam occul-
tis in bulla Cœnæ Domini com-
prehensis, quia ibi derogatur
cuinis Concilio, & per consequēs
derogatur etiam Tridentino, ¹⁶
ut censuit Sac. Congreg: Concilij,
& declarauit Pias V: Greg: XIII:
& Clemens VIII. ut referunt
Nau. in man: cap. 27: num. 275:
Garc: de Benef: par. 11: cap. 10. nu.
115. & seq. Megal var. resol. 10. 1.
- ref. 2. 1. num. 6. Bonacim. de Censur.
disp. 1. q. 3. pun. 2. nu. 1. vers. primus
& disp. 2. q. 5. pun. 2. num. 11. Pia-
sec. in Prax. par. 2. cap. 2. num. 13.
Ricci in Prax. for. Ecclesi par. 1. ref.
484 Barbos par. 2. all. 40. num. 23:
& seq. ubi etiam dicit, quod vsus
iam obtinuit, ut Episcopi a Sum-
mo Pontifice facultatem petante
absoluendi predictos hereticos,
quam Pontificis nomine causa.
cognita Domini Cardinales In-
quisidores generales Urbis, &
Orbis coedere solent confessis
super ea re patentibus litteris,
quamvis contrarium tam quoad
Inquisidores, quam quoad Epi-
scopos sentiat idem Nau. conf. II:
num: 1 de Privilegiis alij graues.
DD. quos refert, & sequitur Diæ.
par. 1. tr. 5. ref. 3: & par. 4. tr. 4: ref.
239. ubi dicit, Bullam Cœnæ lo-
lum prohibere absolutionem he-
resis, & aliorum criminum, quā-
do publica sunt, & ideo non de-
rogare facultati Episcopis con-
cessa per Concilium Tridentinum,
in quo est sermo de occuletis.
Limita ubi adesset obseruantia
in contrarium cum certa scien-
tia Papa: quia tunc Inquisitor,
& Episcopus ab heresi, & alijs
casibus occultis in d. bulla Cœnæ
contentis possent absoluere, ut
d. Garc. Iaco cit. n. 121. Dian. par.
4. tr. 8. ref. 35.
- Privilegia vero Superioribus re-
gularibus concessa, quibus po-
terant absoluere ab heresi, & alijs
casibus in bulla Cœnæ cōtentis re-
uocauit Urbanus VIII. sub die 17
Nouembris 1623. ut refert. Dian.
p. 1. tr. 5. ref. 6. & p. 3. tr. 2. ref. 122.

PPP 2 Sed



7 Sed queres, quam penam incurrat absoluens a causis reseruatis in bulla Cœnæ? Resp. quod incurrit excommunicationem ipso facto latâ in d. Bulla I. quod si forte, qua non est reseruata, quia ponitur post reseruationem factam in I. præcedenti: & ideo illa reseruatio extenditur ad causas præcedentes, non verò ad huc subsequentem Nau. in man. cap. 27. num. 74. & alij apud Bonac. de Censur. in part. disp. 1. q. 22. pun. 3. num. 8. Vnde ab illa absoluere potest quilibet Confessarius iuxta cap. nuper. de Sent. excom. ad incurriendam autē hanc excommunicationem requiritur presumptio, que dolim & scientiam importat: & ideo excusaret ignorantia, obliuio, vel inadvertentia Vulp. in Prax. iudic. c. 4. num. 9. Bonac. loco cit. num. 4. fecus esset, si Sacerdos absoluere p̄te xru priuilegiorum à dictis easibus, & ab alijs comprehensi: in decreto Sac. Congregationis apud Quarant. in ver. cuius reseruati: tunc enim incurreret excommunicationem Papæ reseruata in dicto decreto; quod procedit quoad Sacerdotes tam seculares, quam Regulares per vniuersam Italianam extra Vrbem degentes, ut obseruat etiam Bonac. loco cit. pun. 3. num. 9.

8 Addunt nonnulli DD. neq. posse Episcopū absoluere in alijs causis occultis in alia lege, seu constitutione per summum Pontificem reseruatis, quasi illos absolute reseruando censeatur derogare Concilio, & ita declarasse

Gregorium XIII. & Ius. Congregationem refert Garc. d. par. 11. cap. 10. num. 122. & seq. Vulp. in Prax. iudic. for. Eccles. c. 35. nu. 33: in fin. hoc tamen intelligendum est, quando in reseruatione apposita esset clausula sufficienter exprimes derogationem. Concilij Tridentini, ut d: Dian: par. 7. tr. 2: ref. 20: ubi citat Bonac. de Censur. disp. 1: q. 3: pun. 2: n. 1: Mazuchel. in tract. de Casib. refert disp. 2: cap. 2: diffic. 1: num. 24: Peregrin: in tract. de duell. q. 33: uu. 5: Boff. de Iubil. sect. 1: cas. 10: 5. q. num. 249: Gauant. in Man. Episc. ver. absolutio nu. 4: Suar. de Panit: disp. 30: sect. 2: num. 12: & seq: decreta enim Concilij generalis ita matura deliberatione sanciti: sunt, ut videantur continere vim clausulæ derogatoria ad alia de- creta posteriora contraria, nisi de illis specifcam faciant mentionem cap. ex parte ubi glof. in ver. nulla mentio de Cap. Monar. cap. nonnulli ubi etiam glof. in ver. fecerunt mentionem de Re- script: vel saltem constet, Papam derogare voluisse, ut dixit Rot. decis. 6. n. 3: coram Card: Ca- ualeri.

10 An verò Episcopus possit virente Concilij Tridentini ref. 14. c. 6: dispensare in irregularitate ortâ ex heres occulta exteriori? affirmat Garc: de Benef. par. 11: cap. 10: numer. 86. Fillio. in q. mor. tom. 1. tr. 20. cap. 9. n. 246. quos refert Dian. par. 1. tr. 15: ref. 24: & alij apud Barbo. d. p. 2. all. 39. num. 44. ver. Duodecimo: quia in Bulla Cœnæ solum sit men- tio

tio de revocatione facultatis absoluendi, non vero de dispensatione; & ideo cum sunt res distinctae, non est facieada extensio de una ad aliam, ut obseruat Bonac. de Censur. disp. 7. q. 3: p. 7: num: 14: ubi etiam dicit, Episcopum posse in tali casu dispensare tam circa usum ordinum susceptorum, quam circa susceptionem ipsorum ordinum, quādiū delictum est occultum: obtenta tamen prius a Summo Pontifice absolutione ab excommunicatione, Dian. par. 7. tr. 2. ref. 25:

Notandum tamen est, quod quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abiurantibus nunquam se extendit ad potestatem audiendi cōfessiones sacerdotalium ex decreto Pauli IV: apud Barbo loco cit:

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus absoluere potest ab excommunicatione percussorem clericis quando percussio est leuis
- 2 Quia dicatur leuis, & quia 15 granis percussio.
- 3 In iuria, quæ ex se sunt leues, aliquando ex circumstantijs graues sunt.
- 4 An Episcopus absoluere possit Iudicem laicum, vel eius Apparitores percutientes clericū.
- 5 Iudex laicus remittens clericū ad Iudicem ecclesiasticum cum iugominiā, incidat in excommunicationem cap. si quis suadente.
- 6 In dubio percussio, seu iniuria

ria censenda est grauis.

- 7 An Superiores regulares absoluere possint suos subditos ab huiusmodi excommunicatione.
- 8 Moniales ab Episcopo absoluuntur, etiam si percussio sit grauis.
- 9 An Pralati Episcopis inferiores habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem possint ab hac excommunicatione absoluere. Percussio, qua in se est granis, aliquando sit leuis ad effectum ut Episcopus possit absoluere, & in quibus cassibus id procedat.
- 10 An iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici.
- 11 An Episcopus possit absoluere ab excommunicatione huiusmodi contracta ob percuSSIONEM grauem, quando delictum est occultum.
- 12 An possit Iudex eiusmodi absolutionem acceptare pro fere externo.
- 13 An publicus Clerici percuteretur statim vitandus ante sententiam.
- 14 An à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensum.
- 15 An si excommunicatus ante declaratoriam compareat humiliiter petens absolutionem, sit statim absoluendus.
- 16 Quid seruandum sit, si excommunicatus esset absoluendus a Papa.

CA.P.

